


(Tractatus) infra

De preservatione a pestilentia

De vita philosophorum

Liber qui dicitur secreta secretorum alias De regimine regum et principum

Liber de institutione principum

Sanctus Thomas de regimine principum



Eximii z excelsi medicorum omnium etatis sue principis domini mgri Bndicti de nursia phisici et senatoris ducis Anguigeri clarissimi ppendiū.

Incipit tractat9 de preseruatione a pestilencia ſm doctrinā sapientum medicine ppillatus cuius quidē vtilitas tāta est q si quis ei9 doctrinā obſuauerit indubitāter a pestilencia deo ppicio secur9 erit/

¶ Primum capitulum prohemiale.

INquit mesue in libro suo de appropri
atis. Ca. de passionibus stomachi. ¶ O
tu curam humanorum corporū gerere
volens a deo non recedas et ne dilla-
teris in sciencia philosophica naturali quoniam
ille actor nature illam stabiliuit ꝛ sine eius īfluen
cia deficit omnis motus. ¶ Et ad hoc aduertens in
prohemio eiusdem libri dicebat deum in cunctis
prepone ꝛ preponet te honora eum et honorabit
te time eum et securus cuncta experieris. Sit ergo
ipse in eternum benedictus ꝛ principiet. hoc opus
ꝛ feliciter ipsum taliter ꝙ sui diuina influēcia me
diante vnusquisqꝫ sanitatē corpoream possit a ma
le dicta epidimia presaluare. ¶ Dicam ergo ꝙ ta
lis preseruacio fit per viam medicine. diuino ta-
men influxi interueniente secundum debitam ap-
proximacionem sex rerum non naturalium et an-
nexatum eis et per conuenientem exhibicionem q̄
rundam medicinarum ꝙ est presentis intencionis
vt infra apparebit ex quibus remouetur seu remo-
ueri contingit disposicio seu appetitudo corporum
humanorum huius pestilencie periculo subiacen-
tium. ¶ Quoniam nulla causarum sine pacientis
aptitudine agere apta nata est secundum Capitu.

primo febrium capitulo tercio de febre pestilenciali ⁊ huic concordat Auicenna prima quarti capitulo de febre pestilenciali dum dicit agēs enim solum cum peruenit paciente non preparato non fit actio neqꝫ passio. sed quia modum preseruacionis a febre pestilenciali per viam medicine hic tradere intendo. ¶ Hinc est ꝗ anteqm ad propositum accedam vt iuste petenti satisfaciam. ¶ Primo videndum est que sunt cause febris pestilencialis. et modus generacionis eius. et tempus in quo magis accidit. ¶ Et postea ad id quod propositum est redibo.

¶ Secundum capitulum de causis febris pestilencialis. scꝫ primitiua antecedente ⁊ coniuncta.

Cause autem huius febris pestilencialis sunt tres scilicet primitiua antecedens et coniuncta. Causa autem primitiua potest esse duplex. ¶ Una est mutacio preter naturam que accidit aeri per conuersionem in substancia eius que quidem mutacio dicitur corrupcio seu putrefactio accedens in substancia aeris absqꝫ eo ꝗ aliqua suarum qualitatum valde forcior facta fuerit.

secundum augmentum et diminucionem. et talis
aer non est simplex sed mixtus. ex aere vero et par-
tibus aqueis vaporosis scilicet malis in fumo et
nubibus surgentibus et partibus igneis secunda
primi capitulo octauo doctrine secunde. ¶ Et ideo
dicebat prima quarti capitulo de febre pestilencia-
li. aer non putrescit propter sui simplicitatem. sed
propter illud quod ei admiscetur de corporibus
terrenis mallisque permiscentur ei. et accidit toti quā-
litas mala. ¶ Et subdit causam huius. dicens quod
quandoque est illud causa ventorum deferencium
fumos malos ex locis fetidis in quibus sunt val-
les profunde. et corpora exsiccata in prelio aut oc-
cisa non sepulta nec tumulata. ¶ Et subdit aliam
causam dicens quod quandoque accidunt putredines i
interioribus terre propter causas quarum aduen-
tus ignoratur. et nocere faciunt aquam et aerem.
¶ Alia causa primitiua est mutacio preter natu-
ram que accidit aeri in qualitatibus suis. Et hoc
patet sexto colliget capitulo vltimo et maxime quā-
do mutatur aer ad caliditatem et humiditatem vt
expresse ponit. ¶ Capitulo primo febrium capitu-
lo tercio. et hoc potest accidere dupliciter. vel ex so-
la permutacione ad caliditatem et humiditatē suf-
ficientes ad inducendum putrefactionem in hu-
moribus et precipue in humoribus cordis vt videtur velle

Capitulo primo febrium capitulo tercio vel ex permutacione predicta in calido et humido mixta cum permutacione in sustancia aeris quod videtur insinuare Auicenna prima quarti capitulo de febre pestilenciali dum dicit et quando necessario faciunt virtutes agentes celestes et virtutes pacientes terrestres humectacionem vehementem aeri expelluntur vapores et fumi ad ipsum et sperguntur in ipso et putrefaciunt eum cum caliditate debili tamen quod maior excessus sit in humiditate quam in caliditate vt satis patet. et videtur velle Auicenna secunda primi doctrina secunda capitulo quarto quod mutacio aeris ad calidum et humidum fit disposicio ad putrefactionem in substancia eius dum dicit ex complexionibus aeris dignior est vt convertatur ad putrefactionem. Est enim calidi et humidi aeris conplexio. aer ergo mutatur preter naturam siue in substancia solum. siue in qualitatibus solum siue vtroque modo est vel esse potest causa primitiua huius febris pestilencialis. ¶ Et dicit Auincenna quod primum efficiens horum omnium sunt forme celestes facientes omne necessarium illud cuius aduentus ignoratur. ¶ Et quod subdit quod causa prima longinqua sunt forme celestes et propinqua disposiciones terrestres. ¶ Isti enim planete quando sunt male dispositi male disponunt non solum

elementa · et precipue aerem · Sed eciam humores in corporibus hominum existentes · Unde mars corrumpit sanguinem et multiplicat coleram · Saturnus melancolam · et quia sunt male dispositi · Ideo male disponunt humores predictos · unde egritudines genite istis temporibus · ut plurimum sunt de materia cirogenia et grossa sicut bene patet · ¶ Sunt eciam de colera zinaria seu eruginosa que ut plurimum statim · vel in paucis diebus interficit · quoniam dicitur de genere venenorum secundum Auincennam prima primi capitulo de humoribus · ¶ Et ista colera secundum Auincennam ibidem generatur ex colera prasina in stomachis hominum · et dicitur quod inter omnes species colere peyor et magis perniciosa existit · unde Auerrois · sexto colliget dicit quod impossibile sibi videtur quod aliquis febriens ex colera eruginosa possit euadere · et michi videtur quod ista talis colera sit sufficiens ad generandum febrem pestilencialem absque putrefactione aeris · ¶ Causa autem antecedens huius febris sunt humores · et precipue humores existentes in ventriculis cordis et principaliter in sinistro ventriculo dispositi ad putrefactionem huius suscipiendam · ¶ Causa autem coniuncta sunt humores precipue existentes in ventriculis cordis et principaliter in sinistro ventricu-

lo acti putrescentes scilicet cum sua putrida fuligine z alterantes sua caliditate putredinali substanciam cordis z spiritum ubi est in eo que caliditas putredinalis postea comitatur toti unde fit febris pestilencialis.

Capitulum tercium de modo generacionis febris pestilencialis.

Modus autem generalis huius febris pestilencialis secundū Avicennam prima quarti capitulo de febre pestilenciali est. quando aer mutatur vt supradictum est venit ad cor z corrumpit complexionem spiritus qui in ipso est z putrescit qđ circūdat ipsum de humiditate. et accidit caliditas egressa a natura. Et spargitur in corpore z erit tunc propter causam suam febris pestilencialis hoc idem secunda primi asserit dicens cum putrescit aer putrefacit humores z incipit humorem putrefacere qui corde circundatus est z iste est modus geneeralis huius febris pestilencialis quando aer est mutatus in substancia.
Modus autem generalis huius febris que fit ex mutacione aeris in qualitatibus solum qđ

videtur velle. Capitu. prima febrium. ¶ Et Averro
is sexto colliget ex quod talis aer sic alteratus pre
cipue in calido ⁊ humido veniens ad cor ad alte-
rat humores cordis ⁊ maxime secundum sinistrum
ventriculum ad caliditatem ⁊ humiditatem sic qd̄
ponit eos in putrefacto esse ⁊ per consequens sub
stancia cordis ⁊ spiritus qui in ipso est alteratur
tali caliditate putredinali que postea comitatur to
ti. vnde fit febris pestilencialis. ¶ Quando autem
est vtraqȝ mutacio in aere scilicet in substanciam
qualitatibus non est dubium quod potest induce
re febrem per modum qui est dictus ¶ Et est ad-
vertendum quod ex hiis que dicta sunt clare habe
tur quod ex alteracione aeris infecti pestiferi ge-
neratur morbus contagiosus pestilencialis. ⁊ bre-
viter omnes morbi contagiosi racione infectio-
nis quam in aerem producunt capiuntur. et ideo.
Capitu. se. capitulo secundo dicebat vaticinarch
us qui pestilenciam paciatur periculum est. sicut
quod scabie ⁊ ptisi possidetur ⁊ simile quod cumqȝ
putridum expirat. et domus in quibus iacent feti-
de existant. ¶ Et ideo aliabas sexto libro disposi-
cionis regalis dicit. oportet cedere a loco in quo
putredines contingunt. ⁊ eodem libro dicit non o
portet morari apud pacientes cōtagiosos morbos
sed in locis supra ventum ab illis flantem.

¶ Morbi autem contagiosi numerantur ab Auicenna secundo primi capitulo de complendis disposicionibus dum dicit et preterea de egretudinibus quedam est. que de vno ad alium transit sicut lepra et scabies et variolle et febris pestilēcialis ⁊ apostemata putrida Et sic obtalmia et ptisis et precipue cuius domus stente fuerint. et similiter cum vicinus fuerit sub vento. et totum commendetur memorie quia proderit.

¶ Quartum capitulum de tempore in quo accidit magis pestilencia.

TEmpus autem in quo magis accidit pestilencia vt plurimū est in fine estatis et autumpno secundum Auicennā secunda primi capitulo octauo doctrine secunde et Almensor quarto capitulo de preseruatione. et cautela et pestilencia. ¶ Astrologi tamen ponerent quod in quocunq; tempore viget cōstellacio faciēs pestilenciā pestilencia accidere pōt

¶ Quintum ca. de duracione pestilencie respectu temporis.

TEmpus autem morbi duracionis pestilē
cie quando apparere inceperit secundū vi-
am medicine potest esse vsq3 ad medium
decembris quoniam tunc finit autumnus ꝛ super
uenit yems que sui frigitate non permittit humo
res ebulire sed pocius facit eos permanere quie-
tos. Et in hoc potest vna racio psuasiua adduci ꝛ ē
talis. Agens enim vniuersale suū effectum indu-
cere non potest sine particulari ꝛ secundū fortitu-
dinem ꝛ debilitatem particularis agentis affect9
magis ꝛ minus inducitur. Sed aer qui est agens
particulare est minus potens ad generandū febrē
sui frigiditate tunc temporis. Quare pestilēcia tūc
esse debet minor.

Sextum ca- qu ibus corporib9 magis nocere pōt.

COrpora autem quibus magis nocere po
test sunt corpora cathocinia. s. plena malis
humoribus quod testatur Auicenna pri
ma quarti ca. de febre pestilenciali dum dic̄ prepa-
racio corpoꝝ ad illud in q̄ sumus de passione ē vt
corpora sint plena malis hūorib9 nam mūda nō
paciūtur ab hac. Hinc eciā psentit Ga. primo fe-
briū dum dic̄ hoc quidē sc3 corpora cachocima cō-
festim a prima inspiraciōe principiū putrefactiōis

accipere z ad plurimum pcedere maliciam ptingit Quecūq3 vero corpora sine supfluitatibus sunt et pura hec quidē nequaq̄ illa vero paruz pati possunt vt facilius fiat ī id quod ꝺm naturā z ecōuerso Corpora aūt vtencia malo regimīe in cibis z potibus z in laboribus supfluis cicius recipiunt hanc febrem q̄ alia. Unde Ga. prima fe. dicebat q̄s quis demū moderatis laboribus z decora vita vtitur oīno ī possibile pseuerat ꝺm oēs has disposicōes. s. pestilenciales. Corpora autē calida z hūida z proprie vbi humiditas vicit caliditatē que sunt fetidi sudoris z vrine z egestiōis sunt vehemencius pata recipe febrem putridam z per psequens febres pestilenciales Auicenna prima quarti idez dic. Ga. secundo tegni z primo febriuz deīde calida z sicca quantū ad simbolitatem quā habēt cum febre deinde calida z humida. vbi tñ excedit caliditas z est tpamentuz ī passiuis similiter ī humido z sicco deinde corpora tēperata in calido z frigido vbi tamē habundat hūiditas Sed corpora frigida z humida z frigida z sicca sunt lōgiora a febribus hec ē sentencia Auicēne prima quarti. Corpus autem temperatū inter cetera corpora ē valde remotū ab omni egritudine z p consequēs ab hac cū sit aptū natum semp manere sanum resistendo causis egritis racione fortitudinis sue virtutis vt notum est.

Septimum capitulum quibus etatibus magis nocere potest.

Adolescens plus nocere potest quoniã est calida et humida et humiditas vincit vt dictum est de complexionibus ꝛ plus nocet pueris. Quia vtuntur vt plurimum malo regimine propter gulositatez. vnde in corporibus eorũ generãtur supfluitates multe ex quo sunt vehemẽcius pati ĩcurrere hanc passionem et hac de causa mulieribus plus nocere potest ꝙ viris. Deinde iuuentuti propter simbolitatem quã habent cum febre sit calida et sicca minus vero senectuti qꝛ frigida et sicca. adhuc minꝰ senio qꝛ talis etas frigida et humida. ꝛ hoc ꝑ viam medicine. astrologi aũt dicerent ꝙ homines marciales. ꝛ hoc ratione martis. qꝛ sunt colerici sunt calidi ꝛ sicci. ꝛ ꝑ consequens etas iuuentutis que est calida et sicca sunt plus pati ad hanc febrẽ ꝙ alii similiter saturnini. Et hoc racione saturni qꝛ sunt frigidi ꝛ sicci ꝛ ꝑ consequẽs etas senectutis que ẽ frigida ꝛ sicca eciã essent pati nõ tamen tm̃ sicut p̃mi ꝛ eciam qui hñt geminos ꝛ virginem ꝑ ascendente in eorũ natiuitate male se habebũt. nisi Iupiter ꝛ cum magna cautella tueãtur. Et sic possumus dicere de ciuitatibus ꝛ terris hñtibus ali-

quod istorum signorum pro ascendēte istud tamē relinquo astrologis.

¶ Octauum capitulum de ordine dicendorum.

Nunc autem veniendum ad id quod a p̄n cipio promissum est et primo dicendū est de debita approximacione sex rerum non naturaliū que sunt aer cibus et potus somnꝰ ꝛ vigilia motus et quies innanicio ꝛ replicio de accidē cia anime. ¶ Et de quibusdā annexis istis vt copy tu balneacione et fracacione. deinde de cōuenienti exhibicione quarūdam medicinarū prout presenti negocio subiacet.

¶ Nonū capitulū de aeris electione ex pte substācie

Elgiatur aer turbidus et humidus quia ex illo generatur febris pestilencialis prima quarti et secūda primi dicitur aer turbatus tristificat animā ꝛ pmiscit humores. eligat̄ aer bone substancie. ꝛ est aer cui non admiscetur ex fumis res extranea mala ꝛ sit pstrictus inter parietes ꝛ non discopertus cum putrefactio communis accederit in aere. tunc enim est magis recipiēs ipsum discoptus q̄ꝫ constrictꝰ ꝛ occultatus. aliter au

rem discoptus est meliore secūda primi capitulo quarto. Et hoc q̄ dicit Auerrois sexto colliget si aer est corruptus in substancia tota habitandū est in domibus terraneis vel cauernosis. et loca alta vitare rectificet̄ eciā aer cū igne de bōis lignis et maxime de sermentis et rore maximo et cipresso et iunipero et similibus rectificatur eciā aer a vento septētrionali supposito quod putrefactio aeris non sit cōmunis. Unde Auicenna secūda primi capitulo decimo ventus septētrionalis aerem putridum pestilencialem sanat et ideo quarto Almēsoris capitulo de p̄seruacione et cautela a pestilencia dicitur foramīa et dom⁹ porte a p̄te septētrionis sint aperte et ad hoc aduertens Auerois sexto colliget dic̄ q̄ in corrupcionibus t̄pis calidi debent eligi loca alta in quibus regnet vent⁹ septētrionalis aerem rectificans. Fiat eciā aer boni odoris probibeat̄ eius putredo cum q̄bus rebus sit possibile prima quarto ca. d̄ febre pestilenciali. Et subdit rectificetur aer ꝯm sanos cum ligno aloes cedro ābra ture musco costo dulci storaco sandaracha gariofolorum mastice trebentina laudano melle et croco cipressio anfodilis iunipero lauro ciperis et squinanti sauia et aceto amigdalis amaris et assato et q̄nq̄ fiunt ꝑposita sed ꝯm sanos et iterū fe. et egros est subfumigacio cū sandalis et camphora et corticib⁹

granatorum ꝛ mirra ꝛ malis ꝛ citoniis ꝛ hebano ꝛ tamarisco ꝛ similibꝰ. hec sunt verba Auicenne. ꝛ Auerrois sexto colliget. Eciã docet rectificare aerem cũ subfumigacione. Et Almensoris quarto similiter hoc ponit ꝛ vlterius docet rectificare aerem irrorando domos dũ dicit domꝰ quaqꝫ die aqua ꝛ aceto mixtis rorãda est ꝛ vlterius ad maiorem rectificacõem aeris docet subfumigare homĩes ꝛ irrorare ipsos dũ dicit ꝛ si cum hoc ĩ aere odoris putridi ꝛ feruentis similitudo fuerit tunc homĩes cũ sandalis ꝛ cãphora subfumigari debẽt atqꝫ aqua rosata irrorãdi sunt. Et sciatis ꝙ tales fumigaciones ꝛ irrogaciones nõ solũ fiunt racione retificacionis aeris. sed eciam racione confortacionis cordis. Prudens tamen medicꝰ secundũ diuersitatem temporis in calido ꝛ frigido humido ꝛ sicco. potest diuersimode subfumigare ꝛ irorare cum calidis ꝛ frigidis humidis ꝛ siccis vt sibi melius videbitur. ¶ Et nota ꝙ si contigat exire domum nõ exeat quis nisi sole existente super terram quoniam ille aerem retificat secunda primi capitulo vndecimo ꝛ portet secum aliquod de odoramentis ĩfra scriptis ad retificacionem aeris. ꝛ confortacionem cordis. ꝛ anteꝙ̃ exeat videat ignem ꝛ lauet faciem ꝛ manus cum aqua decoctionis citri primo. postea cum aqua rosata ꝛ aceto naribus apponen=

do nisi sit catarosus quia tunc melior est aqua vi-
te & precipue tempore frigido quod eciam non no
cet si omni die fiat & non tradatur oblivioni sume
re aliquam de fnita scriptis medicinis que a tota
specie contradicunt epidimie. Si contingat exire
domum & hoc anteq̄ exeat. Et similiter si non exe
at recipere debent per modum qui infra dicetur.
Et si non contingat ex colloquio seu conuersacio-
ne cum personis. vel quomodolibet recipere infec-
tionem aliquam per anhelitum habeat secum de
confectione ordinata infra ex bollo armeno terra
sigilata & semine citri cuz cinamomo & aliis infra
descriptis & stati cū infectionē sentit ponat de ipa ī
ore quantitatem aliquaz eam diu in ore tenendo
& paulatiē masticando eciā paulatiue transglutiē
do. & sic reiteretur donec sēciat se alleuiatū hec em̄
confectio resistit epidimie ꝯfortando cor resistēdo
venenositati bonum oris odorez redendo aerē cor
ruptum & pestilentē retificando q̄ ex his q̄ in ipso
ingrediūtur manifeste comprehendi potest. ¶ Et
sciendū q̄ solus cortex citri rōne sui odoris corrup
tionē aeris & pestilenciā ratificat secundum Aui-
cennā secūdo canone. & cum hoc odorez oris bonū
efficit si teneatur ī ore. Accipiatur ergo de tali corti
ce pōito cum zuchharo & fiat sicut dictū est de confe
ctione hoc em̄ erit delicabile & curiosuz & est efficax

in hoc casu tamen non transgluciatur substancia huius corticis sz solū virtus qm̄ non digeritur ꝓpter sui duriciē ſm Auicennā secundo canone paulatiue tn̄ masticatur ꝛ diu in ore teneatur. Et postea cortex deiciatur ꝛ si transglutiatur sit modice aut minime quātitatis. ꝛ qꝛ talis cortex habet proprietates istas ideo bonū est ꝙ de ipso fiat aqua ꝑ viā decoctionis pro locione manuū oris ꝛ barbe. Et si ꝯtingat lauare pedes hec aqua similiter habeatur. potest eciā fieri talis aqua de rore marino. ꝛ radice ireos. ꝛ est multū laudabilis ꝛ ex omnibus istis simul mixtis fieri potest similit̄ talis aqua si placet ꝛ si in lesiuio ꝑ locione capitis poneretur ḋ supradictis esset bonū ꝛ precipue catarolis satis dictū est de approximacione aeris ex ꝑte substancie sequitur de approximacione aeris ex ꝑte q̄litatis.

Decimū capitulū de aeris electiōe ex ꝑte q̄litatis.

Aer calidus est fugiēdus quarto Almensoris capitulo de ꝑseruacione a pestilencia ꝛ aer frigidus est eligendus ibidē non tn̄ multe frigiditatis qm̄ esset mortificās ꝛ paraliticū faciens. Eligatur aer sicc⁹ prima quarti capitulo de febre pestilenciali. ꝛ fugiatur hūidus vt supra dictū est. Sed Auerrois sexto colliget vltimo ca-



pitulo dicit si permutacio fit in qualitate aeris vna aut pluribus regimen pticulare debet esse tale verbi gracia si sit distemperamentum in caliditate et siccitate cum frigidis ꝛ humidis regi debet ꝛ degere in septemtrionalibus locis in quibus adhuc aer reprimatur roracone aque ꝛ foliis aromatib9 humidis ꝛ sic in omnibus aliis qualitatibus contrarium apponatur ꝛ ex hoc habetur modus sternendi cameras ꝛ domos cum foliis ꝛ herbis odoriferis calidis vel frigidis humidis vel siccis secundū diuersitatez temporis ꝛ preexistentis disposicionis qꝫ quidem arbitrio prudentis medici relinquitur. Et non est tradendum obliuioni qꝫ relinqre ciuitates ꝛ loca in quibus pestilencia regnat et se transferre ad loca sana in quibus pestilencia nō est nec futura est optimum remedium iudicatur. qꝫ quidem bene potest sciri per scienciam astrologie ꝛ ideo ad astrologos super hoc est recurrendum ꝛ iste est bonus modus eligendi aerem bonum ꝛ fugiendi malum.

¶ Secundum capitulum de cibo.

Ex carnib9 eligātur sterne pdices masculini sexus galli iuuenes nō calcātes ed9 qꝫ vitulus Almens. quarto ca. de cautela seu

preseruacione a pestilencia a lauda eciam captitata multū vallet·vndecimo tercii de tremore cordis pisces tunc temporis sunt dimittendi quia sanguis ex eis generat9 est cite corrupcōnis ⁊ oīns carnes exceptis volucrib9 mōtanis sicut pdices ⁊ similes istis Auerrois sexto colliget vltio cap·⁊ ex hoc habetur ꝙ alie carnes relīquātur sicut caro porcina caro bouina·anseres·anates·colūbi·agni· et vniuersaliter oīs caro salita ⁊ ꝯmuniter vsitata et alie carnes siluestres ⁊ specialiter lepoꝝ antiqꝛum capriolorū antiquoꝝ ceruorum antiquorum et auium in aqs degenciuꝫ licet siluestria ceteris paribus sint mīoris malicie ꝙ̄ domestica cuꝫ paucōres habeant superfluitates dicit enim rasis quarto almensoris capitulo de preseruacōe a pestilencia·Si autē pisces comedere voluerīt super carbones assatos edant· Et sit caro que admīstratur decocta in acetosis prima quarti capitulo de preseruacione a pestilencia·Et generaliter dicit·declīet cibus ad acetosiam ⁊ dicit ꝙ condita cum aceto iuuatiua sunt· ⁊ maxīe capari cum aceto conditi ⁊ Almensoris· quarto capitulo de ꝑseruacione a pestilencia· In omni cibacione vtendum est aceto laudat eciam agrestum ⁊ vinum granatorom acetosorum ⁊ acetositatem ticri in cibis sumendis apponi· Et ex hoc habetur quod debeant fieri condimenta ex a-

gresto aceto z vino granatorum z similibus cum carnibus tunc temporis comedendis. Lentes eciam laudantur quarto Almenso. capitulo vt supra Et si sicula id est bleda secum coquatur rectificatur aliqua malicia lentis. vt vult Auicenna secūdo canonice. milliū eciā z pani cum sint frigide z sicce conplexionis satis bene concedi possunt quoniam recte contradicūt causas putrefactionis. A cibis vero calefacientibus cauendum est quarto Almēeo. capitulo vt supra. Et a confectionibus de melle factis z fructibus recentibus z dulcib9 abstiendum est ibidem z hoc per viam cibi quoniam nuces z ficus cum foliis rute z sale trito competūt i defensione venecii Ca. quarti capitulo primo dicit eciam ꝙ fructus z olera que nascuntur isto tempore sunt relinquenda. Et hoc per viaȝ cibi quia ꝑ viā medicine lactuca portulaca borago scariola ꝑpetunt si ꝑdiuntur cum aceto z agresta siue ponantur in cibis cum carnib9 elixādis tempore elixacōnis z ī modica quātitate. Et propter hoc caueatur a fungis z fructibus humidis. Assature suffocate relinquant omī tꝑe quomā sunt venena z quādoqꝫ interficiūt. Ca. quarti. Oua eciam recencia gallinarum iuuenum concedūtur z maxīe vitella cum aceto sumpta ipsa eīm ad confortacionem cordis recipiutur z velociter in sanguinem trasmutātur et

partim superfluitatis post transmutationem relin quunt secundo tractatu de viribus cordis. Debet eciã pseruator sanitatis esse solicitus ne id qꝫ subti le ꝛ cito digeritur summat post id qꝫ sit eo durius. qꝛ cum prius digeritur q̄ ipsum quod est durũ su per id natabit nõ habens viã que penetret putrefi et ergo ꝛ corrũpet qꝫ ei miscetur tercia primi doctri na secunda capitu. septio. Legumĩa reliquatur per viam cibi nisi lentes q̄ specialiter hic commendan tur. quoniã sunt generatĩa ventositatis ꝛ male di gestionis cibaria eciã de pasta farie frumenti quo niam sunt opilatĩa vt notum est. Panis sit de fru mento qꝫ a rebus extraneis sit purgatuꝫ ꝛ ex sana messe collectũ cui nullũ acciderit nocumentum ita eligere docet Auicē. tercia primi ꝛ sit bene fermē tatus ꝛ bene coctus quoniã bene digeritur ꝛ ma gis tenuis ꝛ subtilior inuenitur tercĩo capitulo Al mensoris. Paĩs aũt azimus reliquatur quoniaꝫ dure digeritur tardeqꝫ de stomacho descendit ꝛ ge nerat opilacõnes in epate. et in renibus lapidem generat ibidem. Caseus ꝛ p̄cipue vetus eciam nõ cõpetit ꝑ viam cibi quoniã est difficilis digestiõis ꝛ opilatiꝰ ꝛ lapidiꝰ generatĩs tamen assueus. eo non multum nocet. potest tamen eciam comedi ꝑ viam medicĩe post cibum in modica quantitate reliquatur eciam lac propter abilitatem eius ad ci

ram corruptionem vt patet in commento auffet.
Lac date caput dolentibus. Butirum eciaz dimittatur quoniaz sui aquositate z ventuositate abbominacionē inducit z facit cibū supernatare in stomacho vt notum est. Cibus autem est minorandus et subtiliandus quarto Almensoris ca. vt supra et p̄ma quarti ca. vt supra scribitur oportet vt eorum regimen inclinetur ad siccacionem omni modo et minoratis cibis. Et iterum ibidem dicit z minoretur ex cibo sed advertendum quia secunduz diversitatem complexiunum istud regimen est diversificandum. Quoniam flegmaticis adhibeatur regimen magis exsiccativum. Postea sanguineis minus vero colericis z adhuc minus melancolicis.
Non enim tardetur comestio neq; ieiunet aliquis quarto Almās. capitu. vt supra supposito q̄ sit hora cibandi cum vero appetitu qz Averrois vltimo capitulo sexto colliget dic̄ super hoc loquens et cibum comedere non debet nisi digestiōe in mēbris celebrata z fit in spacio novem horarum. z Avicenna tercia primi doctrina secunda capitulo septimo oportet ne aliquis comedat nisi post desiderium nec in hoc tardetur cum desiderium ebulierit nisi sit mendosum.

Duodecimum capitulum de potu.

Potus autem in assuetis vino sit vinum a qua boni fontis mixtū vel cū aqua alio modo rectificata vt auro ignito vel ferro ignito vel per distillacionem. Unde almēs. quarto a vino nisi fuerit multum aqua mixtū cauendum est ꝛ tale vinum debet eligi ꝑm qđ Auicenna docet tercia primi dum dicit ex vinis illud melius ꝙ inter vetustatem ꝛ nouitatem est equalem ꝛ est clarum ad rubedinē trahens bonuȝ habens odorem equalis saporis ꝙ nec ē acre nec dulce. In assuetis aūt aqua pot⁹ sit aqua supradicta boni fōtis vel rectificata vt dictū est ꝛ aduertatis si ptīgat decoq cibaria vt sepe fit decoquātur in aqua rectificata aliquo modorū supradictorū quī meli⁹ erit. Ransor. aūt quarto Almēs. capitu. vt supra dicit quod acetū cum aqua mixtum est bibendum ꝛ forte melius valeret in temporib⁹ calidis ꝛ hoībus colericis ꝙ vinum ꝛ eciam in talibus laudat aquam ordei possumus eciā tunc dare zucharum roxatuȝ et syrupum de limonibus ꝛ syrupū roxatum ꝛ similia. Sitis quoq nullo modo toleranda est quarto Almensoris capitu. de ꝑseruacione a pestilencia ꝛ prima quarti eodem capitulo. Et hoc maxime in temporib⁹ calidis ꝛ corporibus colericis supposito quod sitis sit vera ꝛ nō mendosa. vinum autē potens dimittendū. vnde Auicenna primi quarti ca.

de preseruacione a pestilencia dicit neq; vina z Al
mensoris quarto eodem capitulo vinum est dimit
tendum .s. potens quoniam stomachum z epar ca
lefacit quarto almensoris ex quo timetur ebulicio
in humoribus z maxime in quantitate magna in
quantitate autē parua quandoq; per viam medici
ne potest summi. Vinum nouum relinquatur q̄=
niam vinum nouum impedit epar z ad dissenteri=
am epatica inducit propter inflammacionem suaz
z propterea ventrem facit tercia primi.

Tredecimum Ca. de motu z quiete.

Sanitatē conseruare volenti ante ꝯmestio
nem moueri necesse est. motu autez vnus
quisq; vti debet sibi ꝯsueto qui vires ipsiꝰ
non excedat. Sit eciā motꝰ deābulacōis vel vecti
onis quo nemo tā diu ꝯsumat donec fatigacōez z
multā senciat grauedinē q̄rta Almans. z iste mo
tus est motus tēperatus. a motu aūt superfluo ab
stinendū est vnde capitulo de preseruacōne seu cau
tela a pestilencia quarta Almās. a labore q̄z absti
nendū est z Auicēna prima quarti capitu. de pre
seruacione a pestilencia, dic̄ q̄ regimē debz declia
re ad exicacionē oī modo sine exercicio .s. laborio
so Et scias quod motus debet supare quietē quia

